



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

4. Vtrum anno XI. Salomonis fuerit altaris & templi dedicatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

*Utrum anno XI. Salomonis, quo templi fabrica fuit
absoluta contigerit Arca translatio, Altaris
& Templi dedicatio.*

1. Vnt qui hæc gesta putent anno duodecimo Salomonis: fortè ne conce- 1. *Opinis.*
diant Domum prius dedicatam, quam perfectam. Siquidem dedicatio in
mensem septimum incidit; fabrica autem perfectio in octauum.

2. Malo tamen alijs subscibere, qui Salomonis anno XI. Templum paulo *Conclusio.*
ante dedicatum, quam penitus perfectum autumant. Modicū enim illud quod

ad totius operis perfectionē supererat, non videtur tanti momenti fuisse, ut Ar-

ca translationem, & Domus sanctæ dedicationem remoretur. Rei dignitas

populi conuentū merito postulabat, nec poterat commodè multitudo quæ sep-

timense Ierol'yma confluerat, rursus mense octauo conuocari. Negotiū

igitur de templo dedicatio anno 11. sui regni paucis ante festum Tabernaculo-

rum auspiciatus est Salomon, quando Iudæis alias ad Scenopægiæ celebritatem

conuentus comitium indixit. Sic enim & sumptibus & labori parcebatur, nec

rituum diuinū statis in Templo ceremonijs celebrandū differebatur, ut bene

docent hic Abulensis. q. 2. Beda de Templo cap. 17. Historia Scolast. 3. Reg. 21.

Tornællus an. m. 30; o. n. 20. Salianus n. 4. Quæ sententia vel ex eo admodum

rationi consentanea videtur, quod anno duodecimo Salomonis tū ad Pascha,

tum ad Pentecosten legalis populi fuerit confluxus: ac proinde vix est credibile

neglectam fuisse templi omnibus numeris absoluti vsq; ad mensē Tifri dedi-

cationem. Cū igitur Salomonis enthronismum anno ante æram Christi 1021.

constituerim; hæc dedicatio incidit in annum ante eandem æram 1011. Pe-

riod. Iulianæ 370; ineunte anno sabbatico, qui erat æræ mundi Iudaicæ 2751. *Templum*

Hinc deprehenditur osecitantia Typographi, qui in Tabulis Petauij ad an-

no Periodi Jul. 710. notat anno Salomonis XI. templum eiusque ornamenta *dedicatum*

utraq; omnia perfecta fuisse; anno verò sequenti dedicationem, nempe XII. *Anno 1011*

Salomonis, ineunte Sabbatico. Nam Petauius lib. 9. cap. 33. & lib. 13. in tabulis *ante Chri-*

temum regni Salomonis anno Periodi 3699. collocat. ex quo anno si ordine *sums*

procedatur, annus vndecimus Salomonis aperietur anno Periodi 3709. quo

inueniente templum mense octauo perfectum fuerit. Deinde Petauius ait anno

duodecimo Salomonis Templum magno apparatu dedicatum ineunte anno

sabbatico: hoc autem ex doctrina, quam idem auctor lib. 9. cap. 26. tradit, non

conuenit an. Periodi 3711. cui Typographus Templi dedicationem adscripsit,

sed 1710. qui fuit ante Chr. 1004. Iuxta quam doctrinam anno Periodi 3739.

ante Chr. 975. Petauius regni Israelis ortum ponit anno sabbatico labente.

P.
hilippi

Chronologia
Testamenti

IV
17^a